



CONGREGATIO  
DE INSTITUTIONE CATHOLICA  
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)

Roma, 26 luglio 2013

PROT. N. 571/1979  
*(Hic numerus in responsione referatur)*

Reverendissimo Padre,

con pregiata Lettera, ed Allegati, del 15 aprile u.s., la Paternità Vostra ci ha gentilmente referito circa l'incorporazione dell'*International Marian Research Institute* alla Pontificia Facoltà Teologica «Marianum». Ella ha fatto domanda, poi, alla Congregazione di voler procedere ad un'«incorporazione definitiva» del predetto *Institute* alla menzionata Facoltà Teologica.

Dopo aver fatto un'analisi attenta della situazione della suddetta incorporazione, questo Dicastero è lieto di poter concedere un prolungamento della medesima. Ormai, si può considerare tale legame come qualcosa di stabile e, *ceteris paribus*, duraturo. Tuttavia, come Ella constaterà dal qui compiegato nostro Rescritto (pari numero e data), l'incorporazione è rinnovata giuridicamente *ad alterum quinquennium*; ciò in ottemperanza alla nostra prassi odierna riguardante il rinnovo di qualunque incorporazione.

Nel ringraziarLa sentitamente per la preziosa collaborazione, ci è gradita l'occasione per porgerLe i sensi della nostra stima e della nostra considerazione, con cui ci confermiamo

della Paternità Vostra Rev.ma  
dev.mi

(con allegato)

-----  
Al Reverendissimo Padre  
fr. Ángel M. Ruiz GARNICA, OSM  
Priore Generale  
dell'Ordine dei Servi di Maria  
Gran Cancelliere della P.F.T. «Marianum»

ROMA



CONGREGATIO  
DE INSTITUTIONE CATHOLICA  
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)

RESCRIPTUM

Congregatio de Institutione Catholica (de Studiorum Institutis), mariologica studia ac marianam devotionem peculiari cura prosequens, rogatione attenta Ill.mi ac Rev.mi Magni Cancellarii Pontificiae Facultatis Theologicae «Marianum» nuncupatae, perspectis efflorentibus studiis quibus «Institutum Internationale Investigationis Mariologicae» seu «Bibliotheca Mariana» in Daytoniensi Universitate studiorum vicens iamdiu scite ac diligenter incumbit, electis professoribus strenue adlaborantibus ad sacras Mariologicas disciplinas edocendas atque excolendas, prae oculis habita Pontificiae Facultatis Theologicae «Marianum» favorabili sententia, laudati Magni Cancellarii petitionem libenter suscipiens, idem studiorum domicilium nomine

INTERNATIONAL MARIAN RESEARCH INSTITUTE

vulgo connotatum, memoratae

PONTIFICIAE FACULTATI THEOLOGICAE «MARIANUM»


INCORPORATUM

hoc Rescripto *ad alterum quinquennium* constituit ac declarat, ita quidem instructum ut *secundo et tertio* Facultatis curricula constet, collata Facultati incorporanti potestate academicos gradus LICENTIAE atque DOCTORATUS Sacrae Theologiae cum Mariologia specializatione per Institutum respective conferendi.

Hoc Dicasterium insuper eidem Facultati praestituit ut iuxta Apostolicam Constitutionem «Sapientia christiana», die XV m. Aprilis a.D. MCMLXXIX emanatam, eidem adnexas «Ordinationes», die XXIX eiusdem mensis et eiusdem anni datas, ceterasque Sanctae Sedis academicas leges, ad amussim praeclarum

Institutum ordinet ac moderetur, cuius cum Facultate Conventionem, «AGREEMENT» vulgo dictam, atque peculiaria STATUTA, hac ipsa die a se ambo denuo approbata, ad actum fideliter adducenda invigilet, servatis omnibus de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus Congregationis de Institutione Catholica (de Studiorum Institutis), die XXVI m. Iulii a.D. MMXIII.

  
PRAEFECTUS

+ D. Vincentius Jaci'  
A SECRETIS